



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt CXII. Collegia Canonicorvm Vrbis Bituricensis in Gallia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

CAPUT CXI.

BONONIENSIS VRBIS COLLEGIA
in Italia.

Bononia Vrbs & Academia totius Italiæ celeberrima, primū Episcopum habuit *Sanctum Zamam*, qui anno Christi ducentesimo septuagesimo à *Sancto Dionysio Papa* ordinatus, Bononiam venit, & Euangelij doctrinam propagare cœpit. In ea vrbe sunt tria Canonicorum collegia, nimirum *S. Petri*, *S. Petronij*, & *S. Mariae Maioris*.

Sancti Petri templum exstruendum curauit dictus *Sanctus Zama*, qui & Presbyteros ibidem pro illorum temporum ratione constituit.

CAPUT CXII.

COLLEGIA CANONICORVM VRBIS
Bituricensis in Gallia,

Biturigæ, vulgò *Bourges*, Vrbs vetus & Archiepiscopal is est in regno Galliæ, quæ ambitu suo, præter varia monasteria, complectitur sex collegia Canonicorum. Sunt autem ista :

S. Stephani collegium cathedralē.

Collegium Sacré Capellæ circa annum 1405.

à *Ioanne Duce Bituricensi* fundatum.

Collegium *S. Vrsini*.

Collegium nostræ Dominæ de Sala.

Collegium Medij Monasterij dicatum Beatae
Mariæ.

Collegium S. Petri, puellarum.

Præter ista sunt insuper varia Canonicorum
collegia in opidis ac pagis diœcesis Bitu-
ricensis: vt

Collegium Sancti Etherij in opido Aiaco,

Collegium Sancti Cyrichi in opido Exolduno
& Sancti Ioannis in eodem opido.

Sancti Dionysij in suburbio Exoldunensi.

Sanctæ Mariæ in Gracayo.

Sancti Austregisili in eodem opido.

Sancti Germani opido Castrensi fundatum
per Dominos de Chauuignij.

Sanctæ Mariæ in castro Meilhani.

Sanctæ Mariæ in opido Magduno, quod est
aliud à Magduno opido diœcesis Aurelia-
nensis.

Sancti Aniani, in opido eiusdem nominis,
quod titulo comitatus ornauit Franciscus
primus Galliæ Rex.

S. Siluani in opido Leproso. *Leroux.*

Sancti Lauriani in opido Vastino per Gui-
donem Comitem Blesensem,

Sancti Cyrichi in agro Bituricensi apud Cha-
steauroux.

Est item collegium Canonicorum in opi-
do de Linieres, & alterum in opido de
Chasteauneuf, quorum Patronos
nondum comperi.

C A P V T